Universitätsbibliothek Paderborn

De Sapiente Frvctvoso Epistolares Libri quinque

Bonifacio, Juan

Ingolstadii, 1606

XII. Antonio Prospero de actionis dignitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51159

Visual Library

ctores ſunt, & minutiſſima conſe-
quuntur. Nam vitæ quotidianæ ex-
preſſio, & morum alienorum imita-
tio ex comœdia, quæ eius naturalis
eſt ſedes, in concionem veluti in ho-
ſpitium, domumq́; alienam temerè
accerſenda non eſt, quædam enim
eiuſmodi ſunt, vt ſine riſu neque dici
neque reprehendi poſſint, eaque ſe-
uerus, & prudens concionator, vt
quoſdam religioſæ orationis, atque
dictionis ſcopulos declinabit. Vale
mi Ioannes, beneque ſpera, nam quia
Sapientis veriſſima illa vox eſt, *anima,* *Prouer. 11.*
quæ benè dicit, impinguabitur, & quæ ine-
briat, ipſa quoque inebriabitur, cum Da-
uide tibi canere licebit, *non abſcondi* *Pſal. 39.*
miſericordiam tuam & veritatem tuam à
concilio multo, tu ergo Domine, ne longè fa-
cias miſerationes tuas à me.

ANTONIO PROSPERO.

De actionis dignitate.

PRONVNTIATIONEM tanti *Cicero lib.*
Demoſthenes faciebat, vt pri- *3. de orat.*
mas, ſecundas, & tertias illi
tribue-

Et in Bruto.
Quintil. lib. 11. c. 3.
Val. Max. lib. 8. c. 10.

tribueret, & ex quinque illis parti
quibus Rhetorica ars cõſtat, actio
omnium maximè miraretur. N
quæ oratori deſunt, partim tegit,
tim hæc vna compenſat. Cn.
Lentulum multò maiorem op
nem dicendi actione feciſſe, q
quanta in eo oratoria facultas e
author eſt Tullius in Bruto. Q
cùm nec peracutus, nec verbis
dans eſſet, tamen decorum geſtu
venuſtum, ſuauiſſimamq́; voce
orationi accommodabat, vt qu
rant (deerant aũt non pauca) m
deſiderarentur. Nam exclamati
quæ mirum quantum valent, a
rationes, interualla, riſus, dolor, g
tus, lamentatio, interrogatio, gra
plenum, acutum, demiſſum, hila
lætum, triſte, miſerabile, pronu
tionis & actionis eſt totum. Quid
poris motus poſſit plenus artis &
nuſtatis, quàm homines vocis &
uitas, & magnitudo teneat, decla
profectò conciones tuæ, quę tam
tis ſaluti fuerunt: tibi enim ab imm

ali Deo tributum eſt, vt & velles, &
poſſes ſeruare quamplurimos: cuius
beneficij memoria nec te illi Deo
rerum omnium laudandarum largi-
tori eſſe ſinit ingratum, nec in mor-
boſa ſenectute, tamq́ue infirmo ac
imbecillo corpore viuere patitur o-
tioſum. Et quidem geſtus, vt ad id,
quod inſtituimus, reuertamur, ad re-
rum ipſarum ſenſum atque ſenten-
tiam magis erit accommodandus,
quàm trahendus ad verba. Qui ſi non
vocabula exprimat, ſed cum argu-
mentis, cum rebus, affectibuſq; con-
ſentiat, fuerit ſanè præclarus. Ma-
nus, humeri, latera, corpuſq́ue omne
tale ſit, quale res ipſa idoneis verbis
explicata poſcet. Statarios oratores
odi, etſi illos non deſpexit antiquitas.
Actione noſtros feruere cupio, ſed
quàm res poſtulet, moueri, incitariq́;
vehementiùs, nolo. Nihil enim in
animos tam penetrat, quàm commo-
dæ actionis vis, nihil ita fingit, format,
& flectit. Et vt illos reprehendimus,
qui aut remiſſi, aut quod eſt multò de-
formius,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

formius, immobiles ſunt, vt olim
tilius, & Scaurus, Galli noſtra æta
quos in loquendo ſtatuas eſſe
ctat, ſic illos vix eſſe ferendos
qui ita ſunt celeres, vt ſaltatores
antur. Quædam in vno aliquo
perabilia non ſunt, quæ qui imi
tur, faceret ille turpiſſimè. A
nis enim non vitia, ſed virtutes
mere decet. Nam quæ in alii
decora, vel non ita ſunt turpia, e
ad alios tranſlata fœdantur. C
rum, volubile, citum, raptum,
tum, raucum, flebile, & ſubru
quiddam eſt, quod deceat, ne
quia natiuum, propriumque quo
dam. Erat illi Antonio, ſummo
tori vox ſubrauca natura, quod ta
vitium bene vertebat huic vni, a
agendas capitales cauſas, in qui
neceſſarius interdum fletus erat,
iumenti plurimum afferebat. P
Franciſcus Strada, (ne ſemper a
teſtemur exempla) concionum
rum dulcis cantor erat, quidam
imitatores abſurdè cecinerunt.

Cicero de claris orato.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rum enim, quæ priuilegio potiùs, quã lege delectant, turpis eſt imitatio. Crucis figura, quæ brachiis alarum more expandendis à quibuſdam inflammatè dicentibus effici, & conformari ſolet, ſub imitationem minimè cadit. Illis relinquenda eſt, qui impetu quodam rapiuntur. Illos motus, qui vel inuſitatam ſpeciem ſenſibus obiiciunt, vel ſunt ſine ſumma ſanctitate deformes, concionator fuget, reiiciet, ac reſpuet. Quorundam vt vita, ſic etiam eſt actio ſingularis, actionis autem ſimilitudo ſine morum imitatione corporis figura eſt vacans animo: hanc qui admirantur, tam ſunt deliri, quàm qui Heliæ ſe ſimillimum diceret, quòd Heliæ pelles induiſſet. *Regum 4. cap. 1.* Huius generis illa ſunt, quæ plurimi ſola, nudaque arripiunt. Volutus, ſaltus, ſuggeſti complexus, quo ſtragulo ſuggeſta ornari ſolent, eiuſdem ipſius ſtraguli & inutilis, & iterata ſæpe tactio, genu flexio, incepti ſermonis interruptio, tarditas odioſior, lentitudo frigidior, cantus illepidus

dus, fletus ingratus, latitudo ſylla
rum, oris ad fœditatem contorſio,
ba inflata, & anhelata grauiùs, accu
tio, adhæſio, argutio digitorum,
incluſio fugiens aures etiam atten
gemitus inſuaues, infeſti clamo
Nam quæ aliter aguntur, atque C
ro præcipit, vel neceſſitas exci
vel eius fert natura, qui dicit, vel
cti Spiritus plenitudo commen
Quorum omnium cauta imitati
nihil enim proficimus, niſi quor
geſtus imitamur, eorum etiam
res & vitam exprimamus, ille,
inquam adhibendus eſt vultus,
qui aſpiciat, multo ſæpius ſuſpire
ſuſpicetur. Nõ enim ſolùm oratio
ſed etiam oris fucus offendit. M
(vt etiam hæc minuta dicamus)
ti otiosè admouenda non eſt,
veſtes, quas induimus, ſine ca
tangendæ. Qui verò omnia ſine
miſſione, ſine varietate, vi ſum
vocis, & totius corporis, ac later
contentione dicunt, præterq
quòd moleſti ſunt audientibus,

In Orato. ad Brutum, & lib. 3. de Orato.

is leges & præcepta non ſeruant.
cùm ſuo quæque res vocis ſit ſono
prodenda. Quare qui in narrationi-
bus, colloquutionibus, enumerationi-
bus, exordiis, atque omnibus prope
vocis vociferantur, & inclamant, atq;
in ea parte turbulenti ſunt, vbi eos
maximè oportebat, eſſe ſedatos, rectæ
pronunciationis ne prima quidem e-
lementa cognouerunt. Quid? quòd
illa quorundam cùm immoderata, tũ
maximè intempeſtiua contentio non
procul abeſſe putanda eſt à vitæ peri-
culo. Nam ex ea ſumma corporis gra-
cilitas, nimia laſſitudo, defatigatio ex-
trema, morbique inſanabiles oriun-
tur, & quod multo funeſtius eſt, repé-
tinus exiſtit interitus. Declarauit
hoc nuper concionatoris lamentabi-
lis ille obitus, qui ſe ipſe immoderati⁹
clamãdo diſrupit, triduoque pòſt ex-
ceſſit è vita. Quem ſuam artem facti-
tantem, vt nautas, vt architectos, vt *Cicero in 3. de Orato.*
milites oppreſſit mors, Hoc ne tibi e- *S. Galdi-*
ueniat extimeſco, etſi tibi nihil eſſe vi- *nus Medio-*
eo magis optabile. Itaque ille mihi *lanenſis.*

Epiſcopus finita concione, qua aduerſus fides hoſtes exarſerat, extremum emiſit ſpiritum, illaq́; tanquam cygnea fuit diuini hominis vox & oratio.

dies ante oculos ſæpe verſatur, in
vbi te iactaueris ardenter, vt ſo
(quod Lucio Craſſo oratori man
eueniſſe conſtat,) cum febri dom
redeas, quæ te ſenem, & multan
palmarum pugilem breui conſu
id eſt corpus iſtud extinguat, nam
mus, vt ſperamus, in cœlum tanq
in domicilium ſuum perueniet,
q́ue illius, pro cuius gloria tam
ter, tam conſtanter, tam ſæpè p
gnauiſti, ſempiterno aſpectu perfruetur.

Vale.